



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Elesbaan Conf. 27. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

328 VITA SANCTORVM. 27.Octobr.
versa facili patientia superet: pompam mundi secur-
a mens despiciat: actio tua ad ea, que Dei sunt;
se occupet: considera quām nihil sit, quidquid fine
concluditur. S. Greg. Registr. I. II. c. 23.

S. E L E S B A A N C O N F. 27.Octobr.

Non erubescant reges in regem ELESBA-
NV M intueri, & ex ejus vultu, Æthiopis licet,
mores tamen suos componere. Bellum illi grave
erat cum rege altero Dunaano Iudaicæ superflui-
tationi addicto. Causæ & Deo fidens, purpuram qui-
dem pugnaturus exuit, cæterum ingentes animos
induit: quos majores etiam Anachoretæ nescio
quis illi fecit, cum, ut sibi DD. Martyrum præficia
(optimas utique auxiliares copias) accenseret, per-
suasit. His fretus cum in aciem descendisset, scilicet ini-
tio laborare hæc videretur, pugnâ tanien ad extre-
num vicit, auspiciatissimo D. Gabrielis nomine ve-
lut militari tesserâ tertium in aëre conclamato. Ad-
hæc Superi Dunaanum hoste ita delusere, ut veluti
fascinatus catenâ aurâ, & se & amicos illigatos ve-
nienti ELESBAANO obiceret: quos quidem victor
hic: sacrificatus eodem ferro omnes immolavit.
Sed nunc triumphum specta Lector. Hunc ecce,
triumphali coronâ Hierosolymam missâ, ELES-
BAANVS saccum non togam palmatam induit, &
solus obscurâ nocte in montem proximum ducit;
casam, non Capitolium subit; vota victor vorax
numquam inde egrediendi; jamque triumphales-
prias pane nudo, herbis ac fontanâ continuat, nul-
li hominum visus, uni sibi & Superis notus. Nihil
hæc ad meos triumphos, ait Romulus. Sed sic triun-
phanti cælum aplausit. Ex Metaphr.

Lag.

17. Octob.
undisecu-
Deisunt,
dquid sine
Octobr.

18. Octob. VITÆ S A N C T O R V M . 529

Laqueus est in auro, viscus in argento, nexus in
radio, clavus est in amore. Dum aurum petimus,
frangulamur; dum argentum querimus, in visco
iussu heremus; dum prædium inuadimus, alliga-
mur; quin etiam mulieris decus dum tentat, astrin-
git. Ambros. de Bono mortis cap. 5.

SS. SIMON, & IVDAS APOSTOLI.

28. Octobris.

V Bi primum debellandum sibi orbem Apostoli
sumperunt, aliis alio moventibus, SIMON in
Egyptum, IVDAS verò THADDAEVS frater SIMO-
NIS in Mesopotamiam expeditionem adornavit.
Subactis iis provinciis, in Perside copias junxe-
runt, missaque iterum sub jugum CHRISTI in-
miserat multitudine, demum uno eodemque
tempore de morte ambo fratres triumpharunt.
quod spectaculum ne Romæ quidem toties trium-
phantib[us] obtigit: Porro IVDAS dudum antè regem
Edesse adiit Abagaram(is est qui olim Chilsum,
cum in vivis adhuc ageret, per amicas literas in
regni societatem evocavit) telam ferens, in qua
vultum sui quam simillimum Servator exprefse-
rat: munus profecto etsi ipsum artificem suum
non referret, ab artificis certè manu quam maxi-
mè commendandum. Hoc ubi cubiculo decum-
bentis regis fuit illarum, locum illicè omnem in-
uisitatà luce complevit, mox aspectu suo Abag-
aram à morbo recreavit, tactu verò pefsanavit
iam. In factis vndis cum omni aulâ suâ ablutus
imaginem conspicuo loco venerandam proposuit,
se epigraphen, literis auto liventibus, in hunc
ensum adjecit: Spes nulli tamquam imponit, quam
in te Christ e ponit. Recte ait, Dei effigiem in
honore

Z

Laqueus